



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

83 Aditum subditis non subtrahere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM LXXXIII.

Vide fig-
num 79.

ADITVM SVBDITIS NON SVBTRAHERE.

1. **C**V M Magistratus ab omnibus tributa exigant, omnes æquè audire debêt, & diuites, & pauperes, etiam mulierculas. Sic Theodorus, Mamertinus, Nazarius, Constantinus, & Ferdinandus Imp. quotidie ad se accedentes, pro gratia, vel iustitia consequenda, benigne audiebant.
2. Fama est, *Basilium Macedonem Imp. Carthaginiopol.* cùm aliquando ad diatribam (in quo iudicia exercentur) descendisset, nemo emersit veniret conquerentem, suspicatum esse; ac non certis hominibus eos, qui ipsum compellere vellent, & satellites per urbem dimisisset, quibus si qui essent Imperatoris auxilio indigentes, quibus reuersis, ac neminem se reperisse dicentibus, eum præ gaudio lacrymas emisisset, egissetque gratias. *Cedren.*
3. Prouidi & bene consulti Principes eligunt sedes in medio Principatus & Regni, ut facilius undequaque ad illos sit aditus. Cappadocum Argæges, Mazacenorum Argæum montem elegunt ad habitandum: quia locus totius regionis medius erat, & lignis & lapidibus abundabat, & habita, qua plurimum ad alenda pecora indigebat. *Strabo lib. 12.* Princeps enim melius se proximis tribus communicat, & extremis, dum medius, & Sol inter alios Planetas, consistit.
4. *Antoninus Pius* residebat in vrbe vnde nomen medius, utpote citius, accipere posset, nec vltis peregrinationes obijt, dicens: grauem Pron-

*Mazaceni
uitas Cap-
padocia sub
monte Ar-
gæo.*

cialibus esse comitatum Principis etiam nimis
parci.

SIGNVM LXXXIV.

IEIUNIIS DEO SERVIRE.

*Ieiunija
Deo servi-
re.*

Iustinianus Imp. omnibus illis diebus, (inquit
Procopius de adif. Iust. Imp. lib. 1.) qui Pascha-
lem solennitatem præcedunt, ieiunio addictus,
etiam quandam vitam egit, nedum Regi alie-
nam; sed neque priuato alicui aliquo modo ac-
ceptabilem: per duos dies cibus abstinebat, sum-
mo manè identidem è lecto confurgens Reip.
vigilauit, cuius negotia verbo & opere per-
tractans, matutinum, meridianum, & non mi-
nus nocturnum tempus impleuit. Nam in se-
ram noctem lectum petens, mox surrexit,
quasi plumarum pertasus; cibi appetens, vi-
uum, panem, & alia id genus cibaria abesse
voluit, brassicam solum, & agrestes herbas,
longo tempore sale & aceto maceratas, ede-
bat; potus aqua erat sola; neque his ad satu-
ritatem utebatur, sed petiitum cibum paulisper
deglutatum mox dimisit, non eo sumpto, quod
naturæ satis erat. Hæc Procop. Hæc austeri-
tate ieiuniorum licet ægram valetudinem con-
trauit, teste Procopio; tamen (iuxta illud 2.
Cor. 12. *cum infirmor, tunc potens sum*) eo modo
debilitatus corpore Persas, Gothos, Vandalos,
& alios barbaros superauit. Magnam se ex his iei-
unij fiduciam comparasse ipse ingenuè profite-
tur, in *Constitut. edita de Proconsule Cappadocia:*
Vnde hæc inter alia: (*Novel. 30.*) Bonam spem
habe-